

PRIVILEGIA OMNIUM RELIGIOSORVM

ORDINVM MENDICANTIVM, ET
non Mendicantium, in quibus ipsi communicant.

*Allatis fideliter propriis verbis Constitutionum Summorum
Pontificum, usque ad Alexandrum VII. inclusivè,
quibus illa continentur, & locis in quibus
istæ ex integra reperiuntur.*

Opus ordine Alphabetico iuxta materias digestum, servatæ
temporum serie sub quocunque titulo.

*Auctore R. P. AVGVSTINO A VIRGINE MARIA, Car-
melita Strictioris Observantia Rhedonensis in Provincia
Turonensi, Sacra Theologia Professore, Armerico.*



L V G D V N I,

Sumpt. HORATII BOISSAT, & GEORGII REMONDINI

M. DC. LXI.





Reuerendissimo Patri M.

HIERONYMO ARI,

ASTENSI, SACRÆ THEOLOGIÆ
Magistro, Totius Ordinis Carmelitarum
Generali, necnon Commissario & Visita-
tori Apostolico, Qualificatori S. Officij,
Beneficiorum Ecclesiasticorum Examina-
tori, &c.

DOMESTICA hæc, dum in lucem
prodeunt, Reuerendissime Pater, Tuo
debent nomine, & multiplici quidem
nomine, insigniri: tum primùm caractere velut
familiari; ne censeantur extranea, dum commu-
nia sunt & publica: tum præsertim forti ab ad-
uersariis quibuscumque munimine; qui velut inui-
dia concitati, nullâ hac ætate reliquerant suis
vellicationibus, iniuriis, impetitionibus exem-
pta. Ista quidem plurimum interest, ut non cen-
seantur extranea: in primis, ut sacer Ordo noster,
qui ab antiquitate sibi vendicat præ ceteris ma-
iestatem, non spoliatur donis hisce pretiosis, &
primariis



PRIVILEGIA OMNIA CONCESSA

Regularibus Ordinum Mendicantium, &
non Mendicantium, in quibus ipsi
communicant.

*Allatis fideliter propriis verbis Constitutionum
Apostolicarum, quibus illa continentur, & lo-
cis in quibus ista ex integro reperiuntur.*

Opus ordine alphabetico iuxta materias
digestum, servatâ temporum serie
sub quocunque titulo.

ABSOLVTIO FRATRVM ET SORORVM.

Vide verb. *Excommunicatio*, num. 5. 6. 8. 10. 12. 14.
15. 17. 18. 19. 21. 22. 25. 26. 27. 29. 30. 32. 33. 36.
37. 39. 41. 44. 46. 49. 50. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58.
59. 60. 62. 65. 66. 67. 68. 71. 73. 76. 77. *Exemptio*,
num. 2. 6. 10. 12. 15. 27. 29. 43. 52. *Irregularitas*,
n. 1. 2. *Mutatio Ordinis*, num. 14.

INNOCENTIVS IV. anno 1247. Magi-
stro & Prioribus Ordinis Prædicatorum. I
Non datur
ab extra-
neis
[Nolumus quodd illi Fratres, quibus per
nostras concessimus Litteras, seu quibus duxeri-
mus